

TRACTATUS  
LVD. CENCH  
IVRISCONSULTI PERVSINI  
DE CENSIBVS,

TOTAM MATERIAM CONSTITVENDI, CONSERVANDI,  
& extinguendi annuos census iuxta formam, & stylium etiam in Romana  
Curia adhiberi solitum, Theoricè, & Practicè explicatam continens:

*CVI ACCESSERVNT NON MODO ADDITIONES,  
& S. Rota Romana Decisiones iam separatim impressæ, sed & alia pleraque  
ab ipso Authore manuscripta suis locis reposita sunt; Necnon Ioan. Baptista  
Leonelij, & Ludouici Molina Commentaria ad Bullam Pij V. de Censibus.*

Et pro maiori omnium commodo nouus, non mutato antiquo, allegationum ordo  
adinuentus fuit, omnibus Editionibus accommodatus: Vnà cum duplici  
indice, & Questionum, & Materialium.

*Opus nunc absolutissimum, & tam publicè in scholis profitentibus, quàm in vtroque foro  
versantibus apprime necessarium.*

EDITIO NOVISSIMA.



LVGDVNI,

Sumpt. Phil. Børde, Laur. Arnaud, & Cl. Rigaud.

M. DC. LVIII.

CVM SUPERIORVM PERMISSIO



ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO


D. D. AMEDEO BENTIO  
ALBVGNANI COMITI, MONTISFERATI  
Præsidis, in Sacro autem Pedemontano Senatu  
secundo, & status suæ Regiæ Cellitudinis  
Consiliario.



PRIMUM sanè Domitiani Imperatoris inuentum, prudensque consilium, qui, vt paratas à ciuibus, propriisque militibus insidias, ac mortem præsentem securus effugeret, Sacrum Ioui templum, maximo sumptu, splendidoque apparatu, propè Regias ædes erigere decreuit, & nobiliori in templi loco Dei simulacro collocato, in eius sinu propriam imaginem effingi, & incidi iussit, vt sub tanti Numinis tutela, & cælesti Asylo constitutus, maxima aduersæ fortunæ discrimina, extremæque vitæ pericula innoxius euitaret. Et Phydias ille Deitatum potius quàm hominum sculptor inclitus, vt nominis, gloriæque suæ celebritatem, vt cæleste aliquod nomen à mortalitate vindicaret, expressa Palladis iconè, ingenij, & artis miraculo, in medio Dææ clypeo tanta industria, & diligentia propriam imaginem insculpsit, & effinxit, vt omninò impossibile videretur, eam citra Numinis noxam, & totius statuæ excidium, eradi, aut labefactari posse. Hanc verò in omne æuum perennandi gloriam, & semetipsum ab omni periculo illæsum conseruandi cupiditatem, natura rerum omnium magistra, non solum homines rationis compotes edocuit, verùm etiam viuentibus, & insensibilibus corporibus indidit, vt in Hedera conuicimus, quæ dum solo inuita adhærescit, vel tenuem ventorum flatum leuèmq; viatorum incursum timet, & in ipso foliorum pallore, mortis pauorem ostendit: at vbi annosis quercubus strictim iungitur, celsosque obeliscos implicat, tunc imminentes temporum iniurias, hyemales algores, æstiuosque calores non pertimescit, sed lacta propagine per solida illa sulcra reptans ac serpens, perpetua luxurie virescit, & fœcundat. O admirabile naturæ artificium, & artis naturale inuentum! quo perpetuò vicissitudine Natura Artem, Arsvè Naturam emulatur, laceffit, & expugnat: dum inter vnita hæc dissidia, res mutas loquaces, temporales æternas, mortales immortales intuemur, atque ipsam rerum omnium confectricem vetustatem, quasi illorum famulam, vt quæ robustissima, & firmissima labefactare, & quassare consueuerat, turbato naturæ ordine, ad perpetuitatem, æternamque gloriam viuere cogantur. Hinc Nos pro viribus, vt par est, Artis & Naturæ vestigiis inhærentes, cum optimos lechissimosque Auctores nostris attramentis Circæis veluti balneis in secundam vitam reuocamus, operæpretium semper duximus tantorum Virorum

D O I S T I C H O

I



# LVDOVICI CENCII

## V. I. D.

### IN TRACTATVM DE CENSIBVS.

#### PREFATIO.

**C**ENSIVM Materia licet amplissima sit, & latissima, ex quo non tam ad priuatum, quam ad publicum ius pertineat ut animaduertunt. *Scribensis variis in locis, & signanter* Didac. Couar. *var. resolur. lib. 3. cap. 9. num. 11.* Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 2. num. 8.* Ludouic. Mol. *in suo tract. de contrait. par. 2. dispnt. 381. num. 1.* Ioan. Bapt. Lup. *ad l. 2. C. de pall. sot. empt. & vendit. comm. 2. §. 2. num. 54. & seq.* Branon. à Solc. *in suis quest. Legal. quest. 1. num. 1.* Federic. Matt. *in suo tract. de iure censu. cap. 2. num. 1. & alij passim*, dum censum distribuunt in publicum, & priuatum. Quia tamen nostri propositi est in hoc tractatu non de publico, sed de priuato censu differere, & non de qualibet priuati census specie, sed dumtaxat de consignatio, utpote, qui frequentior, & vtilior inter homines sit, & circa quem quotidie contractus exerceantur, & in foro assidue contentiones exoriantur, sed, antequam ad ipsam tractationem descendam, optata peccatum esse duxi, ut ordinem, quo in toto hoc tractatu sum vltus, in primis indicarem, & quasi digito demonstrarem, cum teste Baldo in Prohem. Digestor. antequam ad scientiam perueniaris, bene sit methodum, & ordinem docendi prescribere.

Opus igitur hoc nostrum in tres principales partes esse distribuendum existimanti, ea adductis ratione, quia sicut ceterae res humane illius sunt conditionis, ut ortum habeant, vitam, & interitum, eodem etiam modo hunc nostrum Censum consignatum, ortum, vitam, & interitum habere animaduertitur, ortum qui dum creditur, & imponitur; vitam dum in alium transferatur, & penes illius dominium peruenit; interitum dum resoluitur, & extinguitur. Et propterea, cum census iste in triplici statu considerari posse videatur, videlicet nascens, viuens, moriens, ideo congruum esse arbitratus sum, ut illius tractationem in tres separatis, & distinctis partibus secarem, & distribuere; Vt in prima parte de eis ageretur, quae ad ortum, & creationem census pertinere viderentur. In secunda de iis, quae ad illius vitam, & progressum attinerent. In tertia, & vltima, de illius extinctione, & interitu tractaretur. Vt autem dilucidationi, & facilioz methodo omnia explicarentur, fuit qualibet pars in certa

*Censu de Censibus.*

capita diuidentur, & quodlibet caput in quaestiones, & ille in articulos, prout occasio tulit, & res ipsa ex-  
postulare visa est.

Primum autem partem in quatuor principalia capita distinguendam esse duxi; in quorum primo quasi per modum euidentium, & prolegomenon ageretur de Censu ipso, qui circandus, & constituendus est.

In secundo de personis, quae Censum imponere, & constituere intendunt.

In tertio de rebus, super quibus Censum constituendus, & collocandus est.

In quarto de ipsamet censu impositione, & constitutione.

#### *De censu consignatio.*

**H**oc primum caput quatuor habet Quaestiones, quibus vniuersa, quae ad huius contractus censuales praerogationem sunt necessaria, explicabuntur.

In prima asseretur vix census priuati diuisio, & eius membra explicabuntur, & aliae census consignati subdiuisiones recensentur.

In secunda accedendo propius ad rem ipsam, census consignati originem intelligemus.

In tertia de illius definitione, & etimologia tractabitur.

In quarta qualis sit contractus ista demonstrabitur.



#### *De census priuati diuisionibus, & primo de reseruatuo, & consignatio.*

### QVÆSTIO I.

*alijs par. 1. cap. 1. qu. 1. ar. 1.*

*Quaestio ista quatuor similiter habet articulos.*

**I**n primo diuiditur census priuatus in reseruatuum, & consignatum, & quomodo quilibet constituitur, & vix ab altero differat, aperitur.

In secundo subdiuiditur census consignatus in

A perpetuum



# LVDOVICI CENCII

V. I. D.

## IN TRACTATVM.

### DE CENSIBVS.

#### PARS SECVNDA.

*De progressu, & vita Censu.*




**E**XPLICITIS illis, quæ circa creationem, & impositionem census in mentem venerunt, sequitur ut de illius vita, & progressu disceramus. Et quoniam progressus iste duobus potissimum respectibus considerari potest. Vno quidem respectu translationis, quæ sit de persona in personam. Altero verò dum post factam translationem penes illius dominum permanet, & durat. Ideo hanc secundam partem in duo præcipua capita partiendam, & dividendam esse existimaui, ut eorum primò de iis agatur, quæ in ipso actu translationis & acquisitionis census iam creati, & constituti contingere posse visa sunt: in altero verò de iis, quæ occurrere, & contingere possunt habita ratione ad censum dum penes illius dominum permanet, & repetitur.

Et quia in actu alienationis, & translationis census multa contingunt, quæ licite digna sunt, & in hoc primo capite veniunt discutienda, idè ut ea quæ magis necessaria sunt aliqua methodo, & congruo ordine perstringam, hoc primum Caput tribus Quæstionibus principalibus explicandum esse censui.

In quarum prima videbimus, quo titulo Censui noster in alium transferri licite possit.

In secunda, an in alienatione Censui possit licite accedere fideiusor.

In tertia explicabimus, quæ pacta in illius translatione sint licita, vel illicita.



*Quo titulo Censui consignatus possit alienari, & in alium transferri.*

#### QVÆSTIO XLIV.

*aliis par. 2. cap. 1. qu. 1. ar. 1.*

**P**roposita Quæstio octo explicari debet Articulus. Primus est. Quibus titulis Censui alteri concedi possit.

Secundus. An titulo venditionis.  
Tertius. Quod pretium erogandum in emptionem Censui debeat esse certum.

Quartus. Quod pretium Censui sit iustum, & in quo consistat illius iustitia.

Quintus. An pretium istud possit solui in alia specie quam in pecunia numerata.

Sextus. An totum, & integrum pretium Censui solui debeat in pecunia numerata.

Septimus. An solui debeat integraliter in actu venditionis Censui coram Notario, & testibus.

Octauus. Quomodo probari possit pretium hoc fuisse integraliter solutum coram Notario, & testibus in actu venditionis Censui.

#### S V M M A R I A.

- 1 Censui non posse in alium transferri, nisi titulo venditionis vel iure aliquo.  
*Contraria opinio verior. num. 2 & seq.*
- 2 Censui creati differt ab alius venditione.
- 3 Censui potest in alium transferri ex quocumque contractu approbato.
- 4 Censui transferri in alium iure titulo habili ad acquirendum dominium.
- 5 Censui donari potest.
- 6 Censui transferri titulo transaditionis.
- 7 Intelligi si concedatur censui antea constitutus, secus alias.
- 8 Censui legari potest.
- 9 Sine legitur censui iam constitutus, sine legitur annua responsio tunc imposita.
- 10 Legatarius licite potest exigere annuam responsionem sibi legatam si heres aliquid non faciat vel non soluat scilicet, si non sit in eius facultate cogere heredem ut faciat vel soluat secus alias.
- 11 Censui transferri per Iudicis sententiam.
- 12 Censui acquiritur prescriptione, & longa consuetudine.
- 13 Iura incorporalia prescribuntur.
- 14 Censui non constitutus legitime, nullo tempore cursum prescribitur.
- 15 Prestationis annua ut prescriptione acquiratur multa exiguntur, remissive.
- 16 Censui acquiruntur, multis aliis modis, & titulis, remissive.

Quamuis

SACRÆ ROTÆ  
ROMANÆ  
DECISIONES

<sup>A</sup>  
LVDOVICO CENCIO V. I. D.  
collectæ, & ad Tractatum de Censibus  
accommodatæ.

*NON SOLVM, QVÆ HACTENVS IMPRESSÆ,  
Verùm etiam alia plurima in lucem nundum edita,*

VNA CVM BVLLIS PII V. SIXTI V. ET CLEMENTIS VIII;  
In materiam Censualem promulgatis.



LVGDVNI,

Sumptibus Philippi Borde, Laurentij Arnaud,  
& Claudij Rigaud.

M. DC. LVIII.



# INDEX

## DECISIONVM,

### QVÆ IN FINE TRACTATVS imprimuntur, iuxta Ordinem Alpha- beticum causarum.

A

 <b>ESTNA</b> Saluiani 10. No- uembr. 1634. <i>Aterino.</i> 558	<b>Amerina</b> fideiussionis, 25. Maij 1611. <i>Ludouiso.</i> 192
<b>Eadetu.</b> 27. Iunij 1612. <i>Ludouiso.</i> 193	<b>Anconitana</b> census, 25. Maij 1598. <i>Corduba.</i> 111
<b>Anconitana</b> bonorum, seu censuum, 16. Febr. 1604. <i>Iulio.</i> 277	<b>Eadem.</b> 24. Maij 1613. <i>Vbaldo.</i> 84
<b>Eadem.</b> 17. Nouembri 1613. <i>Vbaldo.</i> 278	<b>Anconitana</b> dotis, 27. Nouembri 1598. <i>Lancelotto.</i> 312
<b>Anconitana</b> honorum de Rinaldinis Veneris, 15. Maij 1581. <i>Pamphilio.</i> 318	<b>Anconitana</b> pecuniaria, 7. Februarij 1611. <i>Pironano.</i> 138
<b>Anconitana</b> pecuniaria, 30. Ianuar. 1617. <i>Pamphilio.</i> 424	<b>Census</b> 13. Febr. 1613. <i>Buratto.</i> 420
<b>Census</b> 19. Aprilis 1624. <i>Buratto.</i> 421	<b>pecuniaria</b> 16. Febr. 1624. <i>Pironano.</i> 483
<b>pecuniaria</b> 14. Mart. 1625. <i>Manzaredo.</i> 488	<b>census</b> 31. Octobr. 1621. <i>Lito.</i> 499
<b>prædij</b> 29. Nouemb. 1630. <i>Verosio.</i> 536	<b>Aprutina</b> , seu <b>Montis alti</b> census, 4. Iulij 1607. <i>Sacrato</i> alias <i>Da-</i> <i>maseno.</i> 315
<b>Aquilegensis</b> pensionis, 21. Martij 1610. <i>Manzaredo.</i> 242	<b>Ariminensis</b> census, 9. Iun. 1599. <i>Pamphilio.</i> 161
<b>census</b> 16. Iun. 1620. <i>Rambaldo.</i> 357	<b>fideicommissi</b> 10. Iun. 1613. <i>Buratto.</i> 450
<b>fideicommissi</b> 14. Nouembr. 1624. <i>Rambaldo.</i> 469	<b>fideicommissi</b> 15. Ianu. 1616. <i>Rambaldo.</i> 472
<b>census</b> 10. Iun. 1628. <i>Merlino.</i> 515	<b>Alculana</b> bonorum, 27. Mart. 1628. <i>Durano.</i> 483
<b>Assisensis</b> census, 21. Iun. 1603. <i>Coccino.</i> 340	<b>Assisensis</b> census, 5. Maij 1608. <i>Coccino.</i> 110
<b>Assisensis</b> census, 25. Maij 1610. <i>Manzaredo.</i> 129	<b>Eadem.</b> 18. Ianu. 1611. <i>Manzaredo.</i> 130
<b>Assisensis</b> census, 9. Iun. 1604. <i>Pamphilio.</i> 37	<b>Assisensis</b> census, 19. Nouemb. 1604. <i>Coccino.</i> 101
<b>Auentoben.</b> Caspendoracten. & Ca- uallicen. collectarum, 9. Martij 16, Maij, & 27. Iun. 1583. <i>Lancelotto.</i> 5	<b>Auxiliana</b> bonorum, 4. Mart. 1602. <i>Mellino.</i> 107
<b>Auximana</b> spoliij, 10. Dec. 1610. <i>Pironano.</i> 193	

*Deof. R.R. pro Trib. de Cens.*

B

<b>Barenfis</b> fructuum, 2. Iunij 1610. <i>Canalero.</i> 176	<b>Beneuentana</b> census, 19. Martij 1593. <i>Pamphilio.</i> 103
<b>Beneuentana</b> census, 13. Iun. 1594. <i>Corduba.</i> 111	<b>Beneuentana</b> census, 28. Aprilis 1608. <i>Coccino.</i> 187
<b>Beneuentana</b> census, 28. Nouembri 1608. <i>Ottembregio.</i> 20	<b>Beneuentana</b> census, 26. Maij 1614. <i>Pamphilio.</i> 76
<b>Beneuentana</b> census, Venet. Decemb. 1594. <i>Pamphilio.</i> 316	<b>Beneuentana</b> census, 16. Decembri 1594. <i>Marriva.</i> 374
<b>Beneuentana</b> Saluiani Interdicti, 1. Febr. 1616. <i>Buratto.</i> 263	<b>Bononiensis</b> census, 13. Decembri 1591. <i>Sacrato.</i> 174
<b>Bononiensis</b> præsentis Saluiani inter- dicti, 16. Febr. 1598. <i>Orano.</i> 267	<b>Bononiensis</b> computorum, 10. April. 1598. <i>Corduba.</i> 189
<b>Bononiensis</b> census, 19. Octobri 1598. <i>Penia.</i> 133	<b>Bononiensis</b> census, 15. Febr. 1599. <i>Penia.</i> 117
<b>Bononiensis</b> præsentis Saluiani inter- dicti, 1. Iun. 1599. <i>Lancelotto.</i> 269	<b>Bononiensis</b> census, 21. Ianu. 1600. <i>Lancelotto.</i> 248
<b>Bononiensis</b> census, 22. Apr. 1600. <i>Penia.</i> 254	<b>Bononiensis</b> census, 28. Apr. 1600. <i>Pamphilio.</i> 123
<b>Bononiensis</b> census, 20. Maij 1600. <i>Penia.</i> 46	<b>Bononiensis</b> census, 26. Iun. 1600. <i>Pamphilio.</i> 116
<b>Bononiensis</b> fideiussionis, 19. Aprilis 1601. <i>Iulio.</i> 180	<b>Bononiensis</b> census, 20. Mart. 1601. <i>Mellino.</i> 108
<b>Bononiensis</b> census, 1. Decembri 1601. <i>Iulio.</i> 109	<b>Bononiensis</b> census, 25. Mart. 1603. <i>Coccino.</i> 199
<b>Bononiensis</b> census, seu attentato- rum, 10. Dec. 1607. <i>Ludouiso.</i> 245	<b>Bononiensis</b> census, 16. Febr. 1604. <i>Ludouiso.</i> 61
<b>Bononiensis</b> releuacionis indemni- tatis, 10. Ianu. 1600. <i>Lito.</i> 194	<b>Bononiensis</b> census, 27. Iunij 1606. <i>Sacrato.</i> 237
<b>Bononiensis</b> census, 16. Decembri 1607. <i>Ottembregio.</i> 291	<b>Bononiensis</b> census, 17. Mart. 1608. <i>Maremont.</i> 18

† 1 180



# DECISIONES

## SACRÆ ROTÆ

### ROMANÆ

#### QUÆ IN TRACTATV

de Censu referuntur.

*Illustrissimo Cardinali Mellino, Romanae censu,*  
*Mercurij, 30. Octobris 1602.*

#### S Y M M A R I V M.

- 1 *Censu non perimitur in totum, nec pro parte ab peremptione partis fundi censuati.*  
*Quomodo pars remanens reddat, tot fructus, qui sufficiant pro solutione integri censu, ibid.*  
*Aspl. athena etiam Bulla Pii V. super censibus, numero 6.*
- 2 *In venditione censu non venditur res super qua censu est impositus, sed solum ius percipiendi annuatim responsionem.*
- 3 *Censu constituitur super tota fundo, non autem super aliqua illius parte.*
- 4 *Constitutio censu, est quedam species servitutis super re censuata.*
- 5 *Emphyteuta, qui tenetur solvere Canonem respondentem fructibus rei, non liberatur à solutione ab peremptione partis rei, si fructus partis remanens sufficiant pro solutione integri Canonis.*
- 7 *Alternativa pars una alteram declarat.*
- 8 *Pius V. in sua Bulla de censibus totius usus circa contrarium censualem, non autem inuincit noua conditiones contra ius.*

#### DECISIO I.

**F**ERAT impositus census super quadam domo in ipsa S. Bartholomæi proxima Tybeti, quæ propter eius murationem fuit diruta in parte, alia tamen pars quæ remanebat, erat capax ad sustinendū totum onus censu. fuit dubitatum in Rota de mandato S. D. N. me proponente si census remanebat in totum super parte capace, vel perierat pro partis perempta rata. Cuius dubij resolutio duplicem habet inspectionem. Altera est, an iuxta terminos iuris communis circumscripta constitutio *sanctæ mem. Pii V. super formis Decis. R. R. pro Tract. de Cens.*

*creandi censu, habeat locum peremptio pro eza partis, quæ perijt, si fundus partis remanens iure sufficientes pro solutione censu. Altera verò, est præsupposita quod census in hoc casu non pereat secundum terminos iuris communis, an dicta Constitutio sit in hoc noui iuris inductus, vel recipiat interpretationem passiuam à iure communi.*

Et quantum ad primam difficultatem fuit per Dominos resolutum, quod circumscripta dicta Constitutione, census ¶ non perimitur per peremptionem rei partis, si remaneat alia pars capax: monebatur, quia ¶ per impositionem censu super re non venditur res, nec transferatur illius dominium in emptorem censu, sed venditur solum ius exigendi certam quantitatem fructuum ex illa re, & constituitur ius quoddam distinctum, & separatim à dominio, & proprietate ipsius, ut bene deducit *Ayin. conf. 217. num. 4.* Et idem cum non vendatur res, sed ius exigendi non est attendenda solum peremptio rei in parte, sed necessarium est ad istam effectum, ut periculum pertineat ad emptorem, quod domus sit ita perempta in parte quod pars remanens non sit sufficiens ad reddendum quantitatem fructuum debitam pro illo iure venditio. Monebatur etiam, quia ¶ hoc ius exigendi certam quantitatem fructuum constituitur simpli rei super ipsa re, & non super aliqua certa parte ipsius rei, & propter hoc donec superest tanta pars rei super qua est constitutum hoc ius, quæ sit sufficiens ad solutionem censu non potest dici res perempta ad effectum peremptionis censu: quia ¶ impositio censu est quedam species servitutis super re: idem iuxta naturam servitutum remanet super qualibet parte capace. *Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, in 3. oppos. ff. de verb. obligat.* & sufficit quod idem census possit de nouo imponi super illa parte, quæ remanet, ut bene deducunt instructantes. Tertiò, & vltimò placebat Dominis simile emphyteutis, in qua ¶ quantum non soluitur quid modicum pro recognitione directi dominij, sed pensio correspondet fructibus si res non est in totum perempta, & remanet tanta pars, quæ sit sufficiens propensione, debet integrè solui *Bart. in l. in 4. C. de in. empht.* & illa opinio est communiter recepta, ut per *Becc. conf. 231. num. 23. lib. 1.* & idem cum census correspondat fructibus ex eadem ratione, idem videtur dicendum.